Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Capitulum primum quod soli philosophi regno et principatu digni iudicentur et tamen philosophi natura habenda sit Socrates Glauco

Philosophi quidem inquam o glauco qui nam esse aut non esse censeantur longiori quodam sermone peragrato vix tandem enarravimus Glauco forte inquit per breviter haud facile So Non inquam melius tamen ad huc censeo videri si id solum disserantur neque plura ad dicendum residua illi maneant qui iuste et inique vite differentias studet cernere Gla Et quid deinceps post hec nobis So Quid aliud inquam quam quod ex hiis si quidem philosophi quod semper eodem se modo habeat attingere potentes sunt illi minime sed in pluribus errantes at omnino quos nam prius civitatis duces insitione opus sit Gla Quo id ergo mediocriter assereremus inquit So Quicumque ex hiis inquam leges custodire ac urbium exercitia potentes apparuerint hos custodes in primis eligendos esse Gla Recte inquit So Hoc vero perspicuum est utrum temerarium an acute intuentem potius quempiam custodem servare oporteat Gla Equidem perspicuum inquit So An igitur a cecis quicquam differre videbuntur qui cognitione cuiuslibet entis vere defraudati nullum in anima expressum retinent exemplar sed veluti picture quinque dam haud quaque potentes sunt ad id quod verissimum est et illuc semper referentes ac diligentissime quantum possibile est intuentes leges de honestis iustis atque bonis quemadmodum necesse fuerit disponere dispositas quoque eorum custodire Gla Non per Iovem inquit neque plurimum ab hiis differre videntur So hos ne inquam prius custodes statuemus an qui entis quodlibet optime scientes experientia vero aut alia quadam virtute propter te nichil illis sunt inferiores Gla Absurdum profecto alios eligere si quidem in ceteris

Qui digni sunt rem publicam custodire

continuo inspectantes ad divinam sapientiam intelligit